quidam advocatię meę | homines ecclesię videlicet sancti Petri in Frideslar attinentes tradiderunt se et bona sua ecclesię sancti Iohannis baptistę in Cappella. Quorum conversioni non obstiti, sed tamen ius advocatię meę in prediis eorum hactenus obtinui et singulis annis per ministros meos nummos, qui debebantur, exegi. Verum fratrum Cappellensium peticione commonitus decrevi, ut paci et quieti Cappellensis ęcclesię consulerem et ideo proposui et firmiter omni diligentia statui, ne deinceps predicti fratres hac de causa ulla ratione ab advocatis nostris graventur, sed quatuor solidi in festo sancti Thomę apostoli viceadvocato nostro persolvantnr et de cetero ab omni infestatione et perturbatione nostrorum hominum securos se esse glorientur. Huius decreti testes sunt. Abbas Nikolaus de Herswindehusun. Prepositus de Solzaha. Gumbertus notarius lantgravii. Prepositus Hartmannus de Cappella. Hermannus Curthosa. Gunthre frater eius. Giso Munt. Henricus Gůnezroc villicus. Gerlach advocatus. Volcmar centurio. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis millesimo centesimo octogesimo VIIII, Friderico imperatore in peregrinatione posito, domino Conrado Moguntinę sedis archiepiscopo.

(SJFR.)

548.

Erzbischof Konrad I. von Mainz bestätigt dem Kloster Hardehausen die Schenkung von Volpert von Burke und dessen Söhnen und Schwestern. — Zeuge: Landgraf Ludwig, welcher auf die Vogtei der genannten Güter resignirt. **1189.**

Hdschr.: Overhams Collect. vol. 5 fol. 87. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel.
Gedr.: Stumpf, Acta Magunt. 110. Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXX, 214.

Anno MCLXXXIX, indictione VII. Conradus dei gratia Sabinensis episcopus et Moguntine sedis archiepiscopus confirmat donationes monasterii Hersuithehusen factas a nobili viro Volperto de Burke et sorore eius Pia eiusque Volperti filiis Volperto et Conrado. Testibus. Burchardo preposito sancti Petri Moguntie. Godescalco preposito de Nortinen. Gumberdo Geismariensi preposito. Adeelmo Frideslariensi decano. Ludouico scholastico etc. Ludouicus lantgravius advocatiam bonorum istorum resignavi. Laici testes. Conradus fratruelis Volperti donatoris et filii sororis eius Pie Gunbertus et Arnoldus. Wichogus de Bertoluerothe.

549.

Erzbischof Konrad I. von Mainz nimmt das Kloster Weende in seinen Schutz und bestätigt dessen Rechte und Freiheiten. — Zeuge: Der Landgraf von Baiern (!). **1189.**

Hdschr.: Neuere Abschrift in einer vidimirten Urkunde der Aebte von Northeim, Steina und Reinhausen von 1300 Aug. 27. Grubers Papiere auf der Univ.-Bibliothek Göttingen.
Gedr.: Stumpf, Acta Magunt. 110. Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXX, 220.
Anm.: Stumpf hält die Urkunde für unecht. Die Vergleichung mit dem nur sieben Jahre jüngeren Privileg von 1196 (Gedr.: Acta Magunt. 128) desselben Erzbischofs dürfte den Verdacht gegen unsere Urkunde bedeutend erhöhen.